

legio, per il quale li concesse, restitui, e confirmò per lui, heredi, e successori suoi li luoghi de Gamondo, Marengo, & la Villa del Foro, con ogni loro pertinenze. In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis; Henricus Sextus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus. Fidelium suorum iustis petitionibus Imperialis Maiestas clementer debet annuere; præsertim vero illorum, quorum fidem, & diligentiam rerum didicit experimento, & erga Imperij honorem, sepius est probata deuotio. Tuam itaque fidelitatem, & quondam patris tui reuerentiam, & obsequia, quæ Imperio semper exhibuit, diligenter attendentes; honores, & iura tua volumus tibi cum integritate seruare; in quibus etiam possumus feudum tuum ad Imperij honorem augere. Notum itaque volumus omnibus fieri, quod nosti Bonifacio dilecto fidei Principi nostro Marchioni Montisferrati, tuisque successoribus in perpetuum loca Gamundi, & Marengi, cum omnibus honoribus, & omni iure, & omnibus districtis, & vniuersis regalibus tam super terris, quam super eaurum, & nunc, & quondam, & in futurum cultoribus, & habitatoribus, & quibuslibet detentoribus cum integritate in feudum concedimus, restituimus, & Imperiali auctoritate confirmamus locum etiam forij cum omnibus pertinentijs suis, & honoribus cunctis, & districtis, omnia etiam Castra, Villas, possessiones, honores, iurisdictiones, & iura, & vniuersa regalia, quæ tu tenes, vel possides, aut patre tuo tenuit, vel possedit, & insuper omnia, quæ in priuilegijs continentur tibi liberè, plenariè, hac Imperiali pagina concedimus, & confirmamus; statuentes, & Imperiali auctoritate prohibentes, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nullus Nuncius noster; nullum Commune, Ciuitas, nulla persona, magna, vel parua, huic nostro Indulso contradicere, vel aliqua occasione contrahire præsumat. Si quis autem temerario ausu, contradicere præsumpsit, centum libras oprimi auri, dimidiam Cameræ nostræ, dimidiam prædicti archionij, vel hæredi suo componat. Huius reites sunt, Milo Mediolanensis archiepiscopus, Gulielmus Comes de Lomello, Robertus de Durno, Henricus de Lutte Pincerna, Henricus de Calendino, Marscalcus, & alij multi. Sigism Domini Henrici Sexti Romanorum Imperatoris invictissimi, anno gesta sunt hæc ab Incarnatione Domini mclxxxvj. Indictione decima, regnante Domino Henrico Imperatore glorioſissimo anno regni eius xxij. Imperij vero primo. Dat. Mediolani octavo die mensis Decembris.

*Hor prima, che si parli dell'infelice esito di Conrado di Monferrato Rè di Hierusalem, per recreare gl'animi ho voluto sottogiungeré una maligna astutia di Saladino, & una prudente ricompensa di Conrado, che si legge essere interuenuta nelli tempi, che eſſo Conrado signoreggiaua, & diffendea la Città di Tyro contro il predetto Saladino, e gente sua.*

Videns Rex Saladinus Saracenorum, quod Rex Conradus de Monteferrato fortiter prosperatur, in Regno Hierusalem vult probare per talen modum eum decipere. Erat enim iste Conradus in dando ultra modum liberalis, & maximè de magnis, & preciosis donis; & mitit Rex Saladinus Nuncios solemnes cum magnis iocalibus, & ynūscyphum de lapide yno precioso infiniti valoris, & pre-